



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 48. Hujus Bullæ exemplar Doctoribus denegatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

Sæcul.XVI. „immenſas gratias, quod nostræ Scholæ  
A.C. 1567. „hanc paternam curam gerat. ,

## §. XLVIII.

*Hujus Bullæ exemplar Doctoribus  
 denegatum.*

Bajana  
 pag. 197.

„Ut autem, prosequebatur Jansenius,  
 „hæc melius observare possimus,  
 „petebamus copiam dictæ Bullæ, seu  
 „ſaitem articulorum in ea damnatorum;  
 „insuper promisimus datus nos se-  
 „riam operam, ut nulla sit apud nos  
 „doctrinæ diversitas, quod ut citra stre-  
 „pitum, & scandalum curare possimus;  
 „omnes uno ore intercessimus, ne ad  
 „publicam interdictionem dictorum  
 „librorum procederetur, cum id abs-  
 „que gravi multorum offendiculo, &  
 „auctoris libellorum perpetua infamia  
 „fieri non possit, & nunc abunde suffi-  
 „ciat, articulos controversos esse dam-  
 „natos, & amplius proponi, & defendi  
 „non posse, cui rei operam diligentem  
 „effemus navaturi, ad quæ dictus D.  
 „Præpositus respondit ob multas, eas-  
 „que graves cauſas in præsentiarum  
 „non posse tradi copiam Bullæ, sed ar-  
 „ticulos sua manu transcriptos se Fa-  
 „cultati daturum, ne a quoquam igno-  
 „rari possint, ea tamen conditione, ut  
 „promitteremus, sicuti illico promi-  
 „mus, quod dictorum articulorum  
 „trans-

„transsumptum a solis Magistris habe- Sæcul. XVI.  
A.C. 1567.  
 „bitur, & præter eos nemini communi-  
 „cabitur, donec plenior facultas eos  
 „communicandi fuerit obtenta, ad-  
 „dens, multum se probare promptitu-  
 „dinem nostram in obediendo manda-  
 „tis Sanctissimi Domini nostri, sed quod  
 „interdictionem librorum intermittere  
 „non posset, cum hoc serio sibi esset  
 „præscriptum: verum cum nos vehe-  
 „menter urgeremus, & precando in-  
 „staremus, respondit dictus Præpositus,  
 „dilaturum se dictorum librorum pro-  
 „hibitionem, donec secundam jussio-  
 „nem acceperit, ea tamen lege, ut ea  
 „superveniente citra moram pareatur.  
 „De quibus omnibus sic actis, dictis,  
 „& gestis præfatus D. Præpositus sibi  
 „a nobis actum tradi petiit, quem illi  
 „concessimus tenore præsentium litera-  
 „rum, quas in fidem, & testimonium  
 „præmissorum fieri, & Facultatis no-  
 „stræ sigilli applicatione communiri,  
 „ac per Notarium nostrum subscribi juf-  
 „simus, ac mandavimus. Datum Lo-  
 „vanii in dicta Congregatione in ædi-  
 „bus Venerabilis, & eximii sacræ Pa-  
 „ginæ Professoris Domini Magistri Ju-  
 „dici a Ravesteyn de Tileto, dielunæ  
 „vigesima nona mensis Decembris, an-  
 „no millesimo quingentesimo sexagesi-

G 4

„mo

Sæcul. XVI.

A.C. 1567.

„mo septimo.“ Porro iidem, qui  
supra, erant subscripti.

## §. XLIX.

*Hesselii, & Baji Epistolæ Mechli-  
niensis Vicarii Generalis jussu  
interceptæ.*

Equidem haud immerito hi Doctores Bullæ exemplar sibi tradi, a Vicario generali petebant, eoquod hoc diploma observare jussi essent, atque aliunde circa eorum propositiones dubia, ac contentiones oriri possent, quæ tamen minus expedite dissolvi valerent, nisi illæ cum Bullæ textu conferrentur: necessarium igitur videbatur, ut ejusmodi exemplar Facultati relinquatur, nam æqua erat horum Doctorum petitio, nihilominus Morillonius id concedere constanter recusabat: magis tamen indulgentem se exhibebat circa aliam petitionem, quæ libros, ex quibus propositiones erant excerptæ, concernebat. Evidem ad supprimendos hosce libros, eorumque lectionem inhibendam nondum publicum edebatur decretum, Vicarius tamen omnia operum illorum, quæ Hesselius, & Bajus ediderant, exemplaria cunctis librariis abripi, eaque ad ædes suas transferri jussit, novumque quemdam libellum jamjam prælo subjectum imprimi prohibuit,